

Buccellas misisse tuas te, Pontia, dicitis.
Eccc quomodo quæ prius *quadra*, nunc *buccella* dicitur. Accedit, quod cum panis rotundus sit, ut in moreto docet Cybele, de qua Virgilius :

Jamque subactum

Format opus, palmisque suum dilatat in orbem.
Et notat impressis æquo discrimine quadris,
Non bene quarta pars appellaretur *quadra*, quia quarta pars circuli quadrari non potest. Et quidem instrumenta mensurarum, quibus suppositis minutim epulas concidimus, tunc *quadrae* dicuntur, si quadrata fuerint; si rotundæ, dicuntur orbis. Adde quod Hesiodus 2 lib. Operum et Dierum, meminit panis in triginta duas *buccellas* disseci, *ἀγρίω δὲ τριώνυκον τριπέριπλον ἑξήκονταπαιον*. Quod Joannes Lxxv ibidem ita explicat, ut panis quatuor habeat incisiones, easque in crucis similitudinem trajectas, ita ut quælibet octo *buccellas* habeat, quæ efficiunt triginta duas *buccellas*. Errant igitur, qui putant apud Hesiodum, panem in octo *buccellas*, aut *quadras* esse divisum; neque enim quocumque modo quatuor lineas in solido describas, octo possunt ellici partes. *Buccellati panis* meminit Ammianus Marcellinus, lib. 7; Spartianus in Pescennino, et Paulinus, et Thersia in Epist. 36 inter epistolæ Augustini. Panis autem ille est, qui ad diuturnitatem excoquitur, qui vulgò *bis coctus* dicitur, aut *nauticus*: qui idèò in *buccellas* distinctus est, ut sulci in pane altius impressi intima etiam nuda atque aperta torrentibus flammis exhibeant. Neque aliam ob causam puto panem à Romanis trajectis in adversum lineis incidi.

Idem etiam in usu esse apud Hebræos indicat modus ipse loquendi: nam *frangi panis* dicitur, *fragmen*, et *fragmentum panis*, et *buccella* nomen frequens. Quod verò manu tantum frangi poterint supra dicti panes, faciabant incisiones ille, seu lineæ profundæ, quæ *buccellas* quadrabant.

VERS. 25. — QUI RESUIT, ET DIXIT: NON COMEDAM. Eò adductus est Saül severè illà Samuelis denuntiatione, ut libenter videretur eum honestè et voluntariè mortem futuram ignominiam et mortem commutaturus, quam ab hostili ferro metuebat. Quare cum ab inedia mallet perire, quam à ferro, negavit sumendum esse cibum, cum tamen neque toto illo die, neque nocte, ut est in Hebræico textu, quicquam gustasset. Seu certè, quia in summo dolore ac desperatione aliquod existimatur

consolationis genus, nullam consolationem admisisset. Sic apud Senecam Oedipus in Thebæide Act. 1: *Unica Œdipo est salus, non esse saltem*. Coactus tamen mulieris et sociorum precibus, surrexit de terrâ, ubi prostratus ante jacuerat, et sedit super lectum, nempe triclinarem, ut mos illius temporis ferebat, quem ab Ægyptiorum convictu, apud quos diù inveterarat, traxerunt Hebræi, ut ibi oblatos à Pythonissâ cibos acciperet (1).

VERS. 24. — MULIER AUTEM ILLA HABEBAT VITULUM PASCUALEM (2). *Pascualis vitulus* est, qui aliter vocatur *saginat*, et *altit*, quem ad delicias, seu similes usus alunt domi viri, qui sunt paulò lautiores; qualis videtur esse hæc venefica mulier, cum etiam lectulos habuisse videatur discubitorios, seu triclinares. Tales certè habuit pater ille, qui apud Lucam cap. 15, filium, qui dissipatâ substantiâ suâ domum reversus est, admisit, in cujus adventum vitulum alium pascualem et *saginat* occidit.

TOLLENSQUE FARINAM MASCUIT EAM, ET COXIT AZYMA. Ille cibus faciliè parabilis est; quod item fecisse traditur Abraham, Genes. cap. 18, dum pro trium angelorum convivio vitulum occidit, et dixit Saræ: *Accelera tria sata simule, commisce, et fac subcinericios panes*. Quos hic appellat Abraham *subcinericios*, ille nunc dicitur *azymi*; neque enim his fermentum additur, neque adhiberi poterat, quia omnis moræ erat Saül impatiens, et fermentatio non brevem moram exigebat.

VERS. 25. — ET AMBLAVERUNT PER TOTAM NOCTEM ILLAM. Plurimum ex illâ nocte absumpsisse videbatur nocturnum illud negotium, quod sanè brevi tempore absolvi non potuit. Quare quicquid erat spatii ad castra usque, ex quibus paulò ante discesserant, magnâ celeritate conficiendum fuit. Ille Hebræi multa de Saülis fidelissimâ constantiâ, qui cum videret

(1) *SEDIT SUPER LECTUM*. Seditabant olim veteres super lectos in cubiculo, uti nos hodie super cellas. Lectis hisce mēbantur vel tantum modo ut quietem, vel ut cibum caperent. Lectus autem fortassè convivalis erat. Pinnæ enim convivali lecto insidentem, narrantemque eventuum suorum historiam, exhibet Virgilius *Aeneidos* 2:

Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto.

(Calmet.)

(2) Septuaginta pro *vitulo pascuali* legunt: *Vitulum incientem*. Auctor Vulgatæ non rarò reddit Hebræum: *Vitulum de armento*. Bocharius, *vitulum ligyrensis*, vitulum in stabulo detentum, ut *saginetur*; quæ genuina est originalis interpretatio. Malunt alii: *Vitulum alligatum ad tritaram*. (Calmet.)

sibi eodem, quo appulisset, die, oppetendam esse mortem, desse tamen sibi maluit, quam suis, reique publicæ: et cum nōset

CAPUT XXIX.

1. Congregata sunt ergo Philistiim universa agmina in Aphec; sed et Israel castrametatus est super fontem qui erat in Jezrael.

2. Et satrapæ quidem Philistiim incedebant in centuriis et millibus; David autem et viri ejus erant in novissimo agmine cum Achis.

3. Dixeruntque principes Philistiim ad Achis: Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philistiim: Num ignoratis David, qui fuit servus Saül regis Israel, et est apud me multis diebus vel annis, et non inveni in eo quidquam ex die quâ transfugit ad me usque ad diem hanc?

4. Irati sunt autem adversus eum principes Philistiim, et dixerunt ei: Revertatur vir iste, et sedeat in loco suo in quo constituisti eum, et non descendat nobiscum in praelium, ne fiat nobis adversarius cum præliari cœperimus; quomodò enim aliter poterit placare dominum suum nisi in capitibus nostris?

5. Nonne iste est David cui cantabant in choris dicentes: Percussit Saül in millibus suis, et David in decem millibus suis?

6. Vocavit ergo Achis David, et ait ei: Vivit Dominus! quia rectus es tu et bonus in conspectu meo; et exitus tuus et introitus mecum est in castris; et non inveni in te quidquam mali ex die quâ venisti ad me usque in diem hanc; sed satrapis non places:

7. Revertere ergo, et vade in pace, et non offendas oculos satraparum Philistiim.

8. Dixitque David ad Achis: Quid enim feci, et quid invenisti in me servo tuo, à die quâ fui in conspectu tuo usque in diem hanc, ut non veniam et pu-

hostili ferro suum devotum esse jugulum, non tamen sic illud exhorruit, ut non audacter in medios inimicorum cuneos irruerit.

CHAPITRE XXIX.

1. Cependant toutes les troupes des Philistins s'assemblerent à Aphec, et Israël de son côté vint camper à la fontaine de Jezrael.

2. Les princes des Philistins marchaient à la tête de leurs troupes, de leurs compagnies et de leurs régiments; et David, accompagné de ses gens, était à l'arrière-garde avec Achis.

3. Alors les princes des Philistins dirent à Achis: Que veulent ces Hébreux? Achis leur répondit: Est-ce que vous ne connaissez pas David, qui a servi Saül, roi d'Israël? Il y a nombre de jours ou même quelques années qu'il est avec moi, et je n'ai rien trouvé à redire en lui depuis le jour où il s'est réfugié auprès de moi jusqu'à aujourd'hui.

4. Mais les princes des Philistins se mirent en colère contre lui, et lui dirent: Que cet homme-là s'en retourne, qu'il demeure au lieu où vous l'avez mis, et qu'il ne se trouve point avec nous à la bataille, de peur qu'il ne se tourne contre nous au milieu du combat; car comment pourra-t-il autrement apaiser son maître que par notre sang?

5. N'est-ce pas là ce David à qui ceux qui dansaient disaient dans leurs chants de réjouissance: Saül en a tué mille, et David dix mille?

6. Achis appela donc David, et lui dit: Vive le Seigneur! pour moi je ne trouve en vous que sincérité et fidélité; j'approuve la manière dont vous vous êtes conduit à l'armée; vous n'avez point fait de démarche dans mon camp qui ne m'ait agréé, et vous ne m'avez donné aucun sujet de plainte depuis le temps où vous êtes venu auprès de moi jusqu'à aujourd'hui; mais vous n'agréz pas aux princes.

7. Retournez-vous-en donc, et allez en paix, afin que vous ne blessiez point les yeux des princes des Philistins.

8. David dit à Achis: Qu'ai-je donc fait, et qu'avez-vous trouvé dans votre serviteur, depuis le temps où j'ai paru devant vous jusqu'à ce jour, pour ne pas me permettre d'aller avec

gnem contra inimicos domini mei regis?

9. Respondens autem Achis locutus est ad David : Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus Dei; sed principes Philistinorum dixerunt : Non ascendet nobiscum in praelium.

10. Igitur consurge manè, tu, et servi domini tui qui venerunt tecum; et cum de nocte surrexeritis, et coeperit dilucescere, pergit.

11. Surrexit itaque de nocte David ipse et viri ejus ut proficiscerentur manè et revertentur ad terram Philisthim; Philisthim autem ascenderunt in Jezrael.

VERS. 1. — CONGREGATA SUNT ERGO PHILISTHIM UNIVERSA AGMINE (1). Quae hoc loco narrantur, antecesserunt illa, quae de Saule ac Pythonissâ proximè à nobis explicata sunt. Nam quae de Pythonissâ tradita proximè, pridè contigerunt ante extremam pugnam Saulisque caedem : at hic continentur quomodo se Philistae ad bellum comparaverint, et quae sit agminis, ordinumque descriptio. Praecedebat in acie satrapae, id est, principes Philistinorum, qui centenis millenisque praerant : extremum clauderat agmen rex Achis, cui summa erat in bellica administratione potestas. Huic aderat David, cum sexcentis aliis, quos praetorianos Achis, et sui capitis custodes ex omnibus elegerat. Quod non probarent Philistinorum principes, cum parùm tuta videretur illa societas, qua ex inimicorum gente, contra quos erat illa tanta molitio comparata, foret ascitata. Ad quos Achis satis sibi jam pridem exploratum fuisse dixit Davidis fidem, in quo nihil tot mensibus, aut annis, deprehensum affirmat, quod in dubium vocare possit illius animum; atque idem non videri ex usu fore illum à suâ societate dimittere, cujus ipse virtutem et militarem industriam toties esset expertus (2).

(1) IN APHAE. Hic Aphae locus est longè alius à celebri ejusdem nominis altero. Jacebat hic inter montes Thiaborem et Gelboe, in valle Jezraelis. Collatis inter se v. 4 et 11 hujus capituli, intelligimus, Philistaeos primum quidem subsistisse in Aphae, tum Sinam versus processisse, inde ad Jezraelem esse progressos. Saulis castra considerant ad fontem Jezraelis, id est, propè fontem vallis sive urbis Jezraelis, atque ibi facit praelium initum est. (Calmet.)

(2) VERS. 2. — SATRAPE PHILISTHIM INCEDEBANT IN CENTURIIS ET MILLIBUS. Hebraeus ad lit-

vos et de combattre contre les ennemis de mon seigneur et de mon roi?

9. Achis répondit à David : Je sais que vous êtes un homme de bien, vous êtes à mes yeux comme un ange de Dieu; mais les princes des Philistins ont décidé que vous ne vous trouveriez point avec eux dans le combat :

10. C'est pourquoi tenez-vous prêt demain dès le matin, vous et les serviteurs de votre maître qui sont venus avec vous; levez-vous avant le jour, et sitôt qu'il commencera de paraître, allez-vous-en.

11. Ainsi David se leva avec ses gens pendant la nuit pour partir dès le matin et retourner au pays des Philistins; et les Philistins marchèrent sur Jezrael.

COMMENTARIUM.

VERS. 5. — (1) ET EST APUD ME MULTIS DIEBUS, VEL ANNIS. Quatuor tantum menses, et aliquot praeterea dies fuit David in terrâ Philisthim, ut habemus c. 27, v. 9. Quid ergo nunc affirmat : Principes Philisthim transeuntes ad centena et millena. Lustrabant copias per centenos et millenos, ante se transeuntes. Eandem facile distribuendi exercitûs disciplinam quam Hebraei, servabant pariter Philistaei, ut dividerent per mille magnos, centenos et milenarios; singulis autem hisce agminibus suus erat praefectus, principibus vel satrapis subditus; David cum suis postrema exercitûs cum Achis tenebat. Hebraeus legit : *Transeuntes in novissimo cum Achis*; transeuntes ad lustrum postremi cum Achis; vel tantum, principes Philistaei agebant copias suas, divisas in minorâ agmina, ex centenis vel millenis. David epusque agmen transierunt novissimè, post copias Achis, sed ab illis segregati et distincti. (Calmet.)

(1) DAVID... EST APUD ME MULTIS DIEBUS VEL ANNIS. Textus ad litteram : *David fuit mecum jam istis diebus, vel jam istis annis*; jam aliquo abhinc tempore vel etiam annis virum hunc mecum habui. Septuaginta : *Fuit mecum hanc secundum annum*. Editio Romana : *Fuit nobiscum apud nos duobus annis et mensibus*. Arabs : *Anno et mensibus aliquot*. Commentariorum scriptores quidam censent, falsò id asseruisse Achis; auxisse enim ait uti spera tempus quatuor mensibus fuisset, uti constat ex cap. 27, 7. Matsum tamen, Davidem feruè biennio mansisse apud Achis; cujus temporis quatuor menses egerit in Geth, reliquum in Siceleg. (Calmet.)

Les princes des Philistins dirent à Achis : *Qu'est-ce que c'est que ces Hebraeus-là! Dieu veille toujours à la garde de ses saints, et c'est avec grande raison qu'ils se reposent sur lui de tout ce qui peut leur arriver en ce monde de plus fâcheux, et qu'ils lui disent avec le même David, qu'il protège si divinement en cette rencontre : Toutes mes aventures sont entre vos*

mat Achis multos dies, vel annos apud se commoratum esse Davidem? Ego si mentitum fuisse dixerò Achis, nihil alienum dixerò à gentium more, quibus non tam veritatis, quam utilitatis

maius : *In manibus tuis sortes meae*. Cet homme de Dieu se trouve dans l'état du monde le plus embarrassant, sans qu'il paraisse aucune ouverture pour en sortir. Il était persuadé qu'il ne pouvait nullement combattre contre Saül qui était son souverain, ni contre le peuple de Dieu auquel il était inseparablement uni, et dont les Philistins étaient les ennemis mortels. Il savait de plus qu'il avait été sacré roi des Hébreux, et qu'ainsi e'aurait été combattre contre lui-même, que de contribuer par sa valeur et par celle de ses gens à la défaite de l'armée de Israël et à la victoire des Philistins. D'ailleurs il avait de grandes obligations à Achis, roi de Geth, et il ne pouvait se défendre contre la haine et la violence de Saül, que par le secours qu'il recevait de ce prince, qui se persuadait que David lui avait été et lui serait toujours très-fidèle.

Dans cette extrémité où il se trouve, le accompagnent le roi Achis lorsqu'il va joindre ses troupes à celles des Philistins, et il paraît dans leur armée comme étant très-résolu de combattre contre Saül et contre le peuple de Dieu. Il ne faut pas douter qu'ayant des sentiments si contraires à ce qui paraissait de lui au dehors, il ne criât à Dieu au fond de son cœur, ain qu'il le délivrât de ce péril, dont il n'y avait qu'une main toute-puissante qui le pût tirer. Car encore qu'il ne parût alors aucune trace par où ce secours du ciel aurait pu venir, il savait néanmoins que Dieu se plait à se déclarer en faveur de ceux qui ont mis leur espérance en lui, lorsque tous les moyens humains pour les sauver leur sont fermés, et qu'il n'y a plus que Dieu qui soit assez grand pour les délivrer.

C'est ce que nous voyons arriver en cette rencontre. David se trouve au milieu de ses plus grands ennemis. Ils sont les maîtres de sa personne et de sa vie, et ils en peuvent disposer comme il leur plaît. Ils savent même qu'il est leur ennemi le plus redoutable, comme ils le témoignent en termes clairs, et que les Israélites l'ont élevé par leurs louanges au-dessus de Saül même, tout roi qu'il était. Et néanmoins ils ne concluent pas, que le plus sûr pour eux serait de se défaire d'un homme qui leur avait fait et qui pouvait leur faire encore tant de maux, mais seulement qu'il faut le renvoyer avec ses gens de peur que, ne pensant qu'à faire sa paix avec son prince, il tourne ses armes contre eux lorsqu'ils seront engagés dans le combat.

Ainsi, par un admirable effet de la providence de Dieu, David ne se voit point réduit malgré lui à combattre contre Saül en se rendant coupable de désobéissance et de révolte, ni à passer aussi pour un ingrat envers Achis, auquel il avait de très-grandes obligations. Mais Achis le conjure lui-même de faire ce qu'il désirait de tout son cœur, qui était de se retirer avec ses gens et de retourner à Siceleg, sans qu'on pût l'accuser d'avoir manqué aux règles, ou de l'honneur, en fuyant le com-

ratio gravis est. Neque id mirum, cum sub id tempus inveniamus non semel Davidem etiam fuisse mentitum, tum cum loqueretur cum Achis tribus hisce capitibus, et prius in Nobe cum sacerdote summo. Hanc ego solutionem optimam omnium, et expeditam maximè esse arbitror : quam aliis in locis adhibere necesse est, cum aliquid audimus ab his, quorum neque canonica est auctoritas, neque quorunda fides, licet probati mores : Scriptura etenim sacra non omnia probat, quae ex aliorum ore refert, quia aliorum interdum mendacia commemorat, et tantum habemus ex canonicâ Scripturarum fide, illa fuisse narrata, non tamen illis veram, aut etiam historicam inesse fidem. Quâ de re nos pluribus ad Iud. Michae cap. 5 : *Parvulus es in millibus Juda*.

Sed fortassè excusari Achis posset à mendacio, licet ego non putem admodum esse laborandum, ut illum à mendacii labe vindicemus, quia hic dicendi modus in eâ regione proverbialis esse potuit ad significandum aliquid, quod etsi brevi tempore factum, aut observatum fuerit, ejus tamen esset natura, ut haberi possit pro diuturno. Quomodo si dicat : *Dedi amico meo Petro decem et mille, cum tantum decem illi tribueris*, quia ea est amoris vis, ut illi, si peteret, aut egeret, mille non negares. Et de firmâ domo, quam post decem annos aequasti solo, quaeque aliter videbatur in multa secula permanens, verè diceres durasse decem annos, et multa secula, quia contra multorum seculorum injurias extaret, si non esset ante suum tempus aequata solo. Sic igitur, quia fidelissimum putabat Davidem rex Achis, ait se aliquot mensibus illius fidem explorasse; neque aliud in eo deprehensurum, etiamsi multis secum annis illum haberet : vel retinuisse illum apud se aliquot mensibus, neque dubitaturum habere multis annis, cum de illius fide suspicaretur nihil.

VERS. 4. — IRATI SUNT AUTEM ADVERSUS EUM PRINCIPES (1). Non satisfecit principum cogitationi, ac voto, regis excusatio, quia Deus ita Palaestinarum consilia, ad Davidis studia temperant, ut neque datam regi violaret fidem, neque contra Dei populum, cognatumque gens

bat, ou de la reconnaissance, en n'assistant pas un prince qui l'avait protégé dans son malheur. (Sacy.)

(1) REVERTATUR... NE FIAT NOBIS ADVERSARIUS. Hebraeus : *Revertatur, ne fiat nobis Sathar*, id est, adversarius, calumniator. Usurpatur id etiam sepè de malo demone, qui communis est hominum adversarius. (Calmet.)

arma versaret. Quare indignati graviter contra regem Achis, monent, aut verius cogunt, ut nullo modo Davidem in suis castris versari patiatur, sed reducat in locum, ubi ille stabile ac proprium domicilium assignarat. Nihil enim fore tutum ab hoste domestico, qui possit, cum signa collata fuerint, ad hostem transfugere, aut in medio castrorum hostibus navare non inutilem operam. Neque esse verisimile, illum sic esse animo in suos populares infenso, ut non optet inter illos agere, et apud regem suum in gratiam redire. Quod nulla aliâ re melius obtinere posset, quam si Israeliticæ gentis hostes malè muletaverit. Quidvis autem ab illo timeri posse, cum vir esset audax et strenuus, cui publico plausu, et puellari cantico plus in re militari gloriæ, quam Saül datum est.

VERS. 6. — VOCAVIT ERGO REX DAVID, ET AIT EI. Molestè tulit Achis principum exercitûs obstinata consilia. Vocat ergo Davidem, cui id etiam futurum esse molestum existimabat, et captatâ prius benevolentia, quid constitutum esset à satrapis et principibus, ostendit. Ait igitur, sibi Davidis fidem esse perspectam, et illius mores et ingenium, et placuisse semper, et nunc etiam vehementer probari; et quod ad se atinet, nihil de priore voluntate ac sensu fuisse mutatum. Quare perinde est, atque si ipsi, ut ante convenerat, assidue hæreret, neque à suo discederet latere, quocumque ferret pedem, sive egrederetur, sive ingrederetur, sive aliquid etiam occultum et insidiosum tentaret; neque de re illâ dubitandum esse, cum ipsi caput suum, vitamque crederit. Neque id mirum, cum toto tempore, quo vixit apud ipsum, nihil invenit, quod ullus jure queat reprehendere: verumtamen satrapis visum esse aliter, qui aliis de causis ex usu suo futurum esse negant, illum habere secum commilitonem. Neque fieri posse, ut ipse contra nitentibus illorum studiis aliquid moliat, ex sua sententia. Quare ne in se concitât satraparum odia, et oculos offendat, recedat feliciter in designatam sibi civitatem, ibique pacificè in bellorum strepitu securus cum sociis agat.

EXITUS TUUS ET INTREITUS TUUS MECUM. Hoc dicendi modo explicari solet summa principum, aut plena à principibus alteri communicata potestas, qualem habuisse dicitur David, 1 Reg. 18, qui cum factus esset chiliarchus, egrêdébatur et intrabat in conspectum populi. Vide quid nos in illum locum. Porrò in ingressu, et

egressu, sive in exitu, atque introitu, omnia aliejus opera significantur. Sic 2 Reg. 3, v. 25, dixit Joab ad David de Abner: *Veni ad te, ut deciperet te, et sciret exitum tuum et introitum tuum.* Quod explicuit statim, cum addidit: *Et vidisset omnia quæ agis.* Et 3 Reg. 5, v. 7, Salomon de se ipso: *Ego autem sum puer parvulus, et ignorans egressum et introitum meum.* Psal. 120: *Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum.* Juxta hæc sensus erit, quem supra expressit, *exitum et ingressum Davidis, futurum cum Achis ingressu atque exitu, id est, nunquam Davidem à regio latere recessurum; vel in omnibus, quæ facturus esset David, habiturum auxiliatorem et patronum regem ipsum, qui nunquam Davidis conatus et consilia deserent (1).*

(1) VERS. 6. — VIVIT DOMINUS. Juravit Achis per Deum Jehovah, sive ut religioni Davidis sese accommodaret, ac titulus illi pignus fidei suæ daret, sive quid agnosceret Deum Jehovah non unicum quidem numen, sed è cæteris unum, is persimile, quorum greges in aris profanorum colebantur. Exprobrat Sophonias 1, 8, Judæis sacramenta per Jehovah et per Melchom nuncupata. Porrò Melchom nomen erat Ammonitarum. Jurabam sæpe profani per nomina eorum quibuscumque agitant. Fortè etiam Scriptura, narrans hie jurandum quo se Achis obstrinxit, illud his verbis expressit: *Vivit Jehovah, ut inueneret, eum principem suo more jurasse, sacramento adeò inviolabili et religioso, ac si Hebræus quispiam prolo nomine Jehovah decessisset.* (Calmet.)

Achis dit à David: *Je n'ai trouvé en vous qu'une fidélité tout entière, mais vous n'agrez pas aux princes.* Achis témoigne à David qu'il lui avait paru le plus fidèle de tous les hommes, et qu'il le considérait comme un ange de Dieu, et néanmoins il le supplie de se retirer, parce qu'il n'agréé pas aux princes. Des Philistins. C'est là la manière dont les grands du monde aiment d'ordinaire les vrais serviteurs de Jésus-Christ. Car encore qu'ils révèrent leur vertu et qu'ils soient très-persuadés de leur innocence, néanmoins, lorsqu'ils reconnaissent qu'ils sont devenus suspects à ceux qui tiennent les premières places dans le monde, ils sont bien aises de ne paraître point liés avec eux, et ils sentent leur dire par leurs actions ce qu'Achis dit à David en cette rencontre: Pour moi je vous considère comme un ange de Dieu; rien n'est plus pur que votre foi et votre vertu, mais vous avez le malheur de ne pas plaire à ceux auxquels nous sommes obligés de ne pas déplaire: *Bonus es in oculis meis sicut angelus Dei; sed satrapis non places.*

Nous voyons dans les Paralipomènes que, lorsque David quitta l'armée d'Achis, et qu'il revint à Siceleg, plusieurs vaillants hommes de la tribu de Manassé vinrent se joindre à lui, et qu'il venait chaque jour un si grand nombre d'Israélites pour le secourir, qu'il s'en forma enfin une grande armée. Dieu montra assez par cette protection si particulière de David

VERS. 8. — DIXITQUE DAVID AD ACHIS: QUID ENIM FECI? Cùm nihil Davidi magis esset in votis, quam neque pro Philistinibus, neque contra Dei populum, sibi que cognatum dimicare, dissimulavit tamen animum suum, et finxit grave sibi videri, cùm nihil commoveret, expelli tamen se à regio comitatu, et indignum censi qui in Palestinorum acie numeretur. Ad quem Achis sibi illius fidem satis esse probatam, neque Dei angelum magis sibi placere, quam Davidem, sed aliter satrapis esse visum. Quare omnino illi esse ab acie discedendum, quod ut faciat, ubi primum illucescat, hortatur; quod fecit David non gravatè. Et eodem tempore, quo David reversus est ad suos, Palestini moverunt in Jezrael, ubi sua Hebræi castra locaverant.

Quærit Abulensis, q. 9, cur Achis homo paganus, qui de angelorum natura nihil fortassè nōrat, aut audierat, dixerit angelo Davidem esse similem. Ego hujus rei tres invenio causas. Prima est, audivisse quidem Achis ab Hebræis, quos habuit vicinos, et quibuscumque temporibus maxime pacificis, consuetudinem habuit, angelos esse divine voluntatis nuntios et interpretes, qui sicut Dei fidelissimi essent ministri, sic nemo de illorum fide dubitabat. Et cùm in eis scientiam esse nōssent præstantissimam, et majestatem magnam, et speciem augustam, utpote à divinis libatam, fiebat, ut quæ in quocumque genere eximia sunt, proverbiali specie significarentur angelorum comparatione ac nomine. Unus David multa nobis suppeditabit exempla. Lib. 2, cap. 14, v. 17, sic Thecutius femina: *Sicut angelus Domini, sic*

qu'il étoit prêt à achever son ouvrage, et à faire enfin monter sur le trône cet homme qui étoit selon son cœur, pour couronner l'humilité en sa personne, et pour faire voir en même temps à toute la terre un exemple effroyable de la punition des superbes, dans la chute et dans la mort funeste de Saül. (Sacy.)

CAPUT XXX.

1. Cùmque venissent David et viri ejus in Siceleg die tertîa, Amalecité impetum fecerant ex parte australi in Siceleg; et percusserant Siceleg, et succenderant eam igni,

2. Et captivos duxerant mulieres ex eâ, à nimmo usque ad magnum; et non interfecerant quemquam, sed secum duxerant; et pergebant itinere suo.

3. Cùm ergo venissent David et viri

est dominus meus rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur. Et iterum, v. 20: *Tu autem, domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam angelus Dei.* Et cap. 19, v. 27, sic ad eundem dixit Miphiboseh: *Tu autem, domine mi rex, sicut angelus Dei es.* Cùm autem proverbialem hunc dicendi modum sæpius, ut est verisimile, audisset Achis, eodem usus est ad explicandum quid de Davidis fide ac bonitate sentiret; et cùm ageret cum Hebræo, Hebræorum proverbium usurpavit. Sanè Assucrus Hebræici proverbii usum non ignorabat, quando Esther prudentissima femina illius majestatem et gloriam, angeli Dei comparatione significavit. Sic enim illa ad regem, cap. 15, v. 16: *Vidi te domine, quasi angelum Dei, et conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ.* Hæc mihi propria est, atque germana solutio. Affera tamen aliam, quæ mihi difficilis non est.

Cùm aliquid magnum esse, et divino simile significare volumus, à Deo missum, aut de celo lapsum esse dicimus. Esse porrò apud gentes deorum nuntios, res est nota: sic Jovis Mercurius, Junonis Iris mandata perferunt, et Iugonones obunt. Denique de celo dicuntur venisse, qui omni carent labe, in quibus summa sunt omnia: nam qui de terrâ sunt, et cum terrenis habitant, aliquid semper trahunt à terrenâ mole, et concretionem mortali. Quare Cato, cujus apud Romanos gravissima fuit, et penè divina fides et auctoritas, de celo potius lapsus, quàm de humano conceptu natus esse dicitur. Sic sanè Juvenalis satyra

Terminus à celo cecidit Cato.

Aut igitur hæc aut illâ ratione laudatur David à Palestino rege. Utraque gravis videtur ad laudem, utraque non aliena (1).

(1) VERS. 9. — BONUS ES TU IN OCVLIS MEIS, SICUT ANGELVS DEI. Ne minimam quidem suspitionem umbram in te nactus sum; tam longè te abesse puto à perfidia ac perditione, ut angelus cœlestis lapsus mihi videatur. (Calmet.)

CHAPITRE XXX.

1. Trois jours après, David, arrivant avec ses gens à Siceleg, trouva que les Amalécites, ayant fait des courses du côté du midi, étaient venus à Siceleg, l'avaient prise et y avaient mis le feu.

2. Ils en avaient emmené les femmes captives et tous ceux qu'ils y avaient trouvés, depuis le plus petit jusqu'au plus grand; ils n'avaient tué personne, mais ils emmenaient tout avec eux, et s'en retournaient.

3. David et ses gens, étant donc arrivés à Si-

ejus ad civitatem, et invenissent eam succensam igni, et uxores suas et filios suos et filias ductas esse captivas,

4. Levaverunt David et populus qui erat cum eo voces suas, et planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ.

5. Siquidem et duæ uxores David captivæ ductæ fuerant, Achinoam Jezraelitis, et Abigail uxor Nabal Carmeli.

6. Et contristatus est David valdè, volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima uniuscujusque viri super filiis suis et filiabus; confortatus est autem David in Domino Deo suo.

7. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech: Applicæ ad me ephod. Et applicavit Abiathar ephod ad David.

8. Et consuluit David Dominum dicens: Persequar latrunculos hos, et comprehendam eos an non? Dixitque ei Dominus: Persequere, absque dubio enim comprehendes eos, et excuties prædam.

9. Abiit ergo David ipse et sexcenti viri qui erant cum eo, et venerunt usque ad torrentem Besor; et lassus quidam substitert.

10. Persecutus est autem David ipse et quadringenti viri; substitert enim ducenti, qui lassus transire non poterant torrentem Besor.

11. Et invenerunt virum ægyptium in agro, et adduxerunt eum ad David; dederuntque ei panem ut comederet et biberet aquam,

12. Sed et fragmen massæ caricarum et duas ligaturas uvæ passæ. Quæ cum comedisset, reversus est spiritus ejus et refocillatus est; non enim comederat panem neque biberat aquam tribus diebus et tribus noctibus.

13. Dixit itaque ei David: Cujus es tu? vel unde, et quò pergis? Qui ait: Puer ægyptius ego sum, servus viri amaleciti; dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cepi nudius tertius.

céleg, et ayant trouvé la ville brûlée, et leurs femmes, leurs fils et leurs filles emmenées captives,

4. Ils élevèrent tous la voix et pleurèrent jusqu'à ce que leurs larmes fussent épuisées.

5. Les deux femmes de David, Achinoam de Jezraël, et Abigail, veuve de Nabal du Carmel, avaient aussi été emmenées captives.

6. David fut saisi d'une extrême affliction, car le peuple voulait le lapider, tous étant dans une douleur amère d'avoir perdu leurs fils et leurs filles; mais il mit sa force et sa confiance dans le Seigneur son Dieu.

7. Et il dit au grand-prêtre Abiathar, fils d'Achimélech: Prenez pour moi l'éphod. Et Abiathar se revêtit de l'éphod pour David.

8. Et David consulta le Seigneur en lui disant: Poursuivrai-je ces brigands, et les prendrai-je ou ne les prendrai-je pas? Le Seigneur lui répondit: Poursuivez-les, car indubitablement vous les prendrez, et vous retirerez de leurs mains tout ce qu'ils ont pris.

9. David marcha aussitôt avec les six cents hommes qui l'accompagnaient, et ils vinrent un torrent de Bésor, où quelques-uns d'entre eux s'arrêtèrent étant fatigués.

10. Et David poursuivit les Amalécites avec quatre cents hommes de ses gens, y en ayant eu deux cents qui n'avaient pu passer le torrent de Bésor parce qu'ils étaient las.

11. Ils trouvèrent en chemin un Égyptien, qu'ils amenèrent à David, et auquel ils donnèrent du pain à manger et de l'eau à boire,

12. Avec une partie d'un cabas de figues, et deux paquets de raisins secs. L'Égyptien ayant mangé reprit ses esprits et revint à lui, car il y avait déjà trois jours et trois nuits qu'il n'avait ni bu ni mangé.

13. David lui dit: A qui es-tu? d'où viens-tu? et où vas-tu? Il lui répondit: Je suis un esclave égyptien, qui sers un Amalécite; mon maître m'a laissé là parce que je tombai malade avant-hier.

14. Siquidem nos erupimus ad australem plagam Cerethi et contra Judam et ad meridiem Caleb, et Siceleg succendimus igni.

15. Dixitque ei David: Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait: Jura mihi per Deum quòd non occidas me et non tradas me in manus domini mei, et ego ducam te ad cuneum istum. Et juravit ei David.

16. Qui cum duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem universæ terræ, comedentes et bibentes, et quasi festum celebrantes diem pro cunctâ prædâ et spoliis quæ ceperant de terrâ Philistiim et de terrâ Juda.

17. Et percussit eos David à vespere usque ad vesperam alterius diei, et non exavit ex eis quisquam nisi quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos et fugerant.

18. Eruit ergo David omnia quæ tulerant Amalécite, et duas uxores suas eruit;

19. Nec defuit quidquam à parvo usque ad magnum, tam de filiis quam de filiabus et de spoliis, et quæcumque raperant omnia reduxit David.

20. Et tulit universos greges et armenta, et minavit ante faciem suam; dixerruntque: Hæc est præda David.

21. Venit autem David ad ducentos viros qui lassus substitert nec sequi poterant David, et residere eos jusserat in torrente Besor; qui egressi sunt obviam David et populo qui erat cum eo. Accedens autem David ad populum, salutavit eos pacificè.

22. Respondensque omnis vir pessimus et iniquus de viris qui ierant cum David, dixit: Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quidquam de prædâ quam eruimus, sed subiciat unicuique uxor sua et filii; quos cum acceperint, recedant.

23. Dixit autem David: Non sic facietis, fratres mei, de his quæ tradidit nobis Dominus, et custodivit nos, et dedit

14. Car nous avons fait une irruption vers la partie méridionale des Céréthiens, vers Juda et vers le midi de Caleb, et nous avons brûlé Siceleg.

15. David lui dit: Pourras-tu me mener à ces gens-là? L'Égyptien lui répondit: Jure-moi par le nom de Dieu que vous ne me tuerez point et que vous ne me livrez point entre les mains de mon maître, je vous mènerai où ils sont. David le lui jura.

16. L'Égyptien l'ayant donc conduit, ils trouvèrent les Amalécites, qui étaient couchés sur la terre par toute la campagne, mangeant et buvant, et faisant une espèce de fête pour tout le butin et les dépouilles qu'ils avaient prises sur les terres des Philistins et de Juda.

17. David les chargea et les tailla en pièces, depuis ce soir-là jusqu'au soir du lendemain, et il ne s'en échappa pas un, excepté quatre cents jeunes hommes qui montèrent sur des chameaux et s'enfuirent.

18. David recouvra donc tout ce que les Amalécites avaient pris, et il dévra ses deux femmes.

19. Il ne se trouva rien de perdu, depuis le plus petit jusqu'au plus grand, tant des garçons que des filles, ainsi que toutes les dépouilles; et David ramena généralement tout ce qu'ils avaient pris.

20. Il reprit tous les troupeaux de moutons et de bœufs, et les fit marcher devant lui; sur quoi ses gens disaient: Voilà le butin de David.

21. Il vint joindre ensuite les deux cents hommes qui, étant las, s'étaient arrêtés et n'avaient pu le suivre, et auxquels il avait ordonné de demeurer sur le bord du torrent de Bésor. Ils vinrent au-devant de lui et de ceux qui l'accompagnaient. David, s'approchant d'eux, leur fit bon visage.

22. Mais tout ce qu'il y avait de gens méchants et injustes à la suite de David commencent à dire: Puisqu'ils ne sont point venus avec nous, nous ne leur donnerons rien du butin que nous avons pris; que chacun se contente qu'on lui rende sa femme et ses enfants, et après cela qu'il s'en aille.

23. Mais David leur dit: Ce n'est pas ainsi, mes frères, que vous devez disposer de ce que le Seigneur nous a mis entre les mains, puisque

latranculos, qui eruperant adversum nos, in manus nostras :

24. Nec audiet vos quisquam super sermone hoc; æqua enim pars erit de- sendentis ad prælium et remanentis ad sarcinas, et similiter dividunt.

25. Et factum est hoc ex die illa, et deinceps constitutum et præfinitum, et quasi lex in Israel usque in diem hanc.

26. Venit ergo David in Siceleg, et misit dona de prædâ senioribus Juda proximis suis, dicens : Accipite benedictionem de prædâ hostium Domini,

27. His qui erant in Bethel, et qui in Ramoth ad meridiem, et qui in Jether,

28. Et qui in Aroer, et qui in Sephamoth, et qui in Esthamo,

29. Et qui in Rachal, et qui in uribus Jerameel, et qui in uribus Ceni,

30. Et qui in Arama, et qui in lacu Asan, et qui in Athach,

31. Et qui in Hebron, et reliquis qui erant in his locis in quibus commoratus fuerat David ipse et viri ejus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CUMQUE VENISSENT DAVID, ET VIRI EJUS IN SICELEG DIE TERTIA (1), AMALECITE IMPETUM FECERUNT EX PARTE AUSTRALI IN SICELEG.

(1) Triduo post discessum ejus ab Apher, Leucis amplius trigenta Apher à Siceleg distabat. (Calmet.)

David arrivant à Siceleg, trouva que les Amalécites l'avaient prise, et qu'ils en avaient emmené les femmes captives. Dieu éprouve long-temps ceux qui sont à lui, et souvent il les rejette dans la tempête lorsqu'ils sont tout près d'entrer dans le port. David allait être roi d'Israël par la mort de Saül, son ennemi; et cependant c'est en ce moment-là même qu'il tombe dans le plus grand péril où il se soit trouvé de sa vie. Etant retourné, lui et ses gens, à Siceleg, ils la trouvent en cendres, et leurs femmes, leurs enfants, et tous leurs biens enlevés par les Amalécites.

Cette dernière épreuve fit ce que les autres n'avaient pas encore fait, c'est-à-dire, qu'elle ébranla la fidélité des gens de David. Ils montrèrent alors qu'il est difficile d'être toujours ami des personnes opprimées, et que la longueur de leurs maux lasse enfin la constance de ceux qui les suivent, et les tentent de les traiter comme s'ils étaient coupables de leur malheur, quoiqu'il n'ait point d'autre cause que leur vertu même. Ainsi David, après avoir perdu tout ce qui lui était le plus cher au mon-

c'est lui qui nous a conservés, et nous a livrés ces brigands qui étaient venus nous piller.

24. Personne n'écouterà cette proposition que vous faites; car celui qui aura combattu et celui qui sera demeuré au bagage auront la même part au butin, et partageront également.

25. C'est ce qui s'est pratiqué depuis ce jour-là; et il s'en est fait ensuite une règle stable dans Israël et comme une loi, qui dure encore aujourd'hui.

26. David, étant arrivé à Siceleg, envoya du butin qu'il avait pris aux anciens de Juda qui étaient ses proches, en leur faisant dire : Recevez ce présent des dépouilles des ennemis du Seigneur.

27. Il en envoya à ceux qui étaient à Bethel, à ceux de Ramoth vers le midi, à ceux de Jether,

28. A ceux d'Aroër, de Séphamoth, d'Esthamo,

29. Et de Rachal; à ceux qui étaient dans les villes de Jérameel et dans les villes de Ceni;

30. A ceux d'Aram, à ceux du lac d'Asan, à ceux d'Athach,

31. A ceux d'Hébron, et à tous les autres qui étaient dans les lieux où David avait demeuré avec ses gens.

Noverant, ut ait Iyra, Amalecitate abesse Davidem, et sexcentos alios ab urbe evocatos ab Achis, et in Palestinorum castris commorari. Quare cum a Saule prius passi fuissent non leve detrimentum, deinde illius gentis reliquie variis excursionibus et prædationibus essent à Davide concissa, studio vindictæ et ut gravem suarum rerum facturam aliquâ ratione repararet, ipsi quoque de hostibus, cum commodè possent, prædas agere; et injuriam ac vicem rependere statuerunt. Cum ergo, ut Ægyptius Amalecitarum servus retulit infra, v. 14, varias Judæ partes prædabundi lustrarent Amalecitas, et ibi rumore nuntio cognovissent vacuam à propugnatoribus urbem Siceleg, eò irruerunt, abduxeruntque prædas: et cum feminas et imbelles vulgus captivum abduxissent; nullum tamen illorum occiderunt, a la douleur encore de voir soulever contre lui ceux qui devaient le consoler dans cette affliction, et qui semblaient être toute sa force. Mais s'il était alors sans appui de la part des hommes, il savait que Dieu ne lui manquerait pas en ce besoin; et qu'il est toujours le soutien de ceux qui n'en attendent que de lui seul. (Sacy.)

runt. Tandem cum urbem animabus opibusque vastatam incendio deformassent, spoliis onerati ingentibus, in patriam, quam ornare se posse putaverant, gradum referebant. Hæc, aut his similia Iyra, cujus opinionio illud incommodat, quòd statim, v. 16, non solum ex terrâ Juda, sed etiam ex terrâ Philistinum dicuntur abegisse prædas Amalecitas. Quare verisimilis est, eo animo ex patriâ prodixisse latranculos, ut undecumque sibi prædas abducerent, et idèò præsertim in Siceleg fuisse debacchatos, quia cum ibi nulli forent propugnatores, qui pro uxoriibus laribusque pugnerent, tutò id, ac facilitè præstare potuerunt (1).

VERS. 4. — ET PLANXERUNT, DONEC DEFICERENT LACRYMÆ. Pervenit David tertio die, ex quo dimissus fuerat ab Achis, in urbem, cumque civitatem invenissent vacuam à filiis et uxoriibus, contemplerenturque non civitatem, sed civitatis triste quoddam et immane bustum, lacrymati sunt omnes usque adeò dolenter et prolixè, ut exhaustæ lacrymæ deficerent, neque quidquam jam humoris superesset, quod aut dolori suo, aut suorum funeribus impenderent. Illud, deficerent lacrymæ, aliquid habet observatione dignum. Deficiunt lacrymæ, aut cum homines stupent, et nimis dolor mentem admittit, ut rigere facit hominem instar saxi. Quod explicare poeta in fabulosa Niobe, que doloris acerritate, et assiduitate plorandi in lapidem dicitur fuisse conversa. Idem de se cecinit Ovidius lib. de Ponto Eleg. 2 :

Fine caret lacrymæ, nisi cum stupor obtulit illis, Et similis morti corpora languor habet.

Excitari interdum lacrymarum fontes, ita ut nihil sit reliquum salsi illius humoris, quod per oculos eliquat et effundit dolor, indicat Basiliius, homil. 2 de gratiarum Actione, post medium, et Ambrosius de Obitu Valentiniani. Sanè Jeremias consumptas lacrymas sibi esse dolach, et fontes lacrymarum optabat, ut populi lamentabilem casum deploraret. Sic autem ille cap. 9 : *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, et plorabo die ac nocte interfectos filii populi mei?* Cui, ut inquit supra Basiliius, nature lacrymæ non satis erant. Et Cicero, licet fortassè falsò, ad rei tamen naturam accommodatè dixit Orat. 2 in Antonium : *Hæc mihi, consumptis enim lacrymis,*

(1) VERS. 2. — NON INTERFEREBANT QUEMOHAM. GIVES SERVAVANT, VEL UT VENDERENT, VEL UT IN SERVITII USUM HABERENT (Calmet.)

infans tamen pectori hæret dolor. Hoc modo puto David ac sociis suorum fortunam deplo- rantibus defecisse lacrymas, quia etiam humor ille defecit, quo stillant oculi.

VERS. 6. — VOLEBAT ENIM EUM POPULUS LAPIDARE (1). Multæ Davidi fuerunt dolendi et lacrymandi cause. Prima, quia communis erat neque instauranda videbatur illa calamitas. Deinde quia duas uxores abactis esse viderat, neque nôrat, an à prædonibus essent interfectæ. Tandem quia populum suorum desiderio sic videbat esse commotum, ut non se putaret ab illius lapidatione securum. Cum verò populus sic efferveret in iram, ut à suo duce ac principe, à quo nullam accepisset injuriam, exigere voluerit suæ calamitatis penas, nulla appareret gravior causa, quam quia dolet : dolor autem et deliberandi facultatem admittit, et novas excogitat causas, quas fuisse quàm verisimas putat, cum tamen toto celo aberrant à veritate. Alia est præterea hujus populi propria, qui levissimus erat, et hæc atque illuc facili momento fluctebatur. Amabat quidem Moysem, sequēbaturque ducem datum à Deo, et quasi de celo lapsum : sed ubi primum egeret cepit, et siti laborare, sic in illum amens exarsit, ut tantum non opprimeret. De quo Moyses ipse ad Dominum, Exod. cap. 17, v. 4 : *Quid faciam populo huic? Adhuc paululum, et lapidabit me.* Sic etiam nunc in Davidem, quem de se non malè meritum cognoverat, quia illi aliquid, sine ullo Davidis merito, duriùs acciderat, sic est affectus, ut facto in illum impetu penè lapidibus opprimeret. Hæc præterea vi-

(1) David était saisi d'une extrême affliction; car tout le peuple voulait le lapider; mais il mit sa confiance dans le Seigneur. Il a été marqué auparavant que lorsque David était caché derrière une montagne tournait d'un côté, et que Saül avec ses gens le poursuivait de l'autre, il n'espérait plus pouvoir se sauver, et qu'il se croyait près de tomber entre les mains de son ennemi. Mais dans cette rencontre où il semblerait avoir tout perdu, jusqu'à l'affection de ses gens mêmes, qui le menaçaient de le lapider pour se venger sur lui d'un malheur qui lui était commun avec eux, l'Écriture marque qu'il se fortifia dans la confiance qu'il avait en Dieu, et qu'il cédra contre l'espérance même, comme saint Paul le dit d'Abraham.

C'est ainsi que les saints s'avancent dans la vertu, et que les épreuves les plus rudes que Dieu leur envoie et dont il les tire, les affermissent de plus en plus dans la foi et dans la patience. L'expérience des secours qu'ils ont déjà reçus de Dieu les assure de ceux dont ils ont besoin à l'avenir, et ils espèrent toujours qu'il leur fera miséricorde, parce qu'il la leur a déjà faite en des rencontres très dangereuses, par une bonté toute gratuite.

deri potuit gravis causa, cur populari motu ad mortem appeti deberit, quia submovit ex urbe propugnatores omnes, imbelli tantum turba in eâ relicta (1).

VERS. 7. — *APPLICA AD ME EPHOD* (2). Cum omnium re desperatâ et langueret stultia, et frangerentur animi, erectus est tamen Davidis animus ad benè sperandum. Quare quamprimùm advocat Abiathar, et jubet, ut de rerum eventu, per Ephod, quod secum è tabernaculo tulisse diximus, Deum consuleret. An ex usu foret prædatores illos, à quibus abducta fuerat præda, et civitas exusta, persequi; venturive essent in ipsorum manus, et referenda spolia ab hostibus ablata. Quibus respondit Deus sine ullo dubio deprehendendus esse, ac subigendos hostes, et prædam ex illorum manibus extorquendam (1).

VERS. 9. — *ABIT ERGO DAVID IPSE*. Nihil ergo cunctatus David assumpsit secum sexcentos viros, qui magnis, ut res ipsa postulabat, itineribus simul usque ad torrentem Besor omnes pervenere. Cum verò eorum aliqui fessi de viâ progredi non possent ulterius, ad torrentem illum subsistere coacti sunt. Hi autem fuere numero ducenti, quibus sarcinarum custodia credita est; alii porrò magis expediti

(1) VERS. 6. — *CONFORTATUS EST DAVID IN DOMINO DEO SUO*. Id est, resumpsit animum fretus spe ac fiducia in Deum, ait Vatabl.; iniecit Deus hoc rotur et hanc spem animo Davidis, ut sperans se Amaleitas casurum, eos insequeretur, eisque prædam ex Siceleg ablata extorqueret. Quare David animum tam suum quam sociorum, ad eos insequendum erexit. Ubi ex hebr. veritas: *Confortatus seipsum David in Domino Deo suo*, sperans scilicet in Dei ope se per illam hostes assecuturum et debellaturum. Unde enim humana desunt præstidia, ad divina confugere oportet.

(2) *Abiathar se revêtit de l'éphod, et David consulta le Seigneur, en lui disant: Pourrais-je ces brigands? David était prophète. Il avait reçu une lumière extraordinaire de Dieu, et néanmoins il ne fait rien sans le consulter, afin de n'agir que par son ordre. Nous apprenons par un si grand exemple que l'essence de la piété et de l'humilité chrétienne est de vouloir dépendre de Dieu en toutes choses et de prendre plaisir à soumettre notre volonté à la sienne. C'est ainsi que nous rendrons à Dieu le culte souverain qui lui est dû, et que nous reconnaitrons qu'étant le créateur de l'être indépendant de tous les êtres, c'est à lui proprement à régler tous les moments et toutes les circonstances de notre vie, et que pour nous qui avons tout reçu et qui attendons tout de lui, il ne nous reste que le désir de le suivre en toutes choses, et la gloire de lui obéir.*

(3) VERS. 8. — *LATRUNCULOS ILOS*. Hebræus: *Persequar agmen istud?*

inceptam viam velociori cursu persecuti sunt. Commodum illis accidit, ut puerum quandam Ægyptium Amaleicite eujusdam servum offenderent, qui illos rectâ perducere potuit ad latronum cuneum (nam ad illum usque locum nullum habuerunt indicium præter vestigia, ut ait Josephus, quæ illi recedentes impresserant, quæ, utpote à magnâ multitudine celari non poterant). Relictus hic fuerat à domino Amalecità, quia cum æger esset, properantius gressus assequi non poterat. Quare affectus ægrè, et extremâ penè fame consumptus jacebat humi moriturus. Qui postea cibo recreatus fugientem revocavit animam; neque enim tribus diebus ac totidem noctibus quâquam gustaverat. Rogatus deinde de viâ ac genere, Ægyptium se esse dixit patriâ, conditione servum, qui cum Amalecità domato, à quo ibi foret æger relictus, Amaleitarum agmen secutus est, qui civitates aliquot prædabundi obierunt in Judæa et Palestinâ, ex quibus ad extremum invasere Siceleg, eamque nudatam civibus incendio denique vastârunt. Quid sit Cerethi, cujus australem plagam oppugnaverunt Amalecitas, diximus in nostris Commentariis in Sophoniam ad illud cap. 2: *Væ qui habitatis faucibus maris, gens perditionum!*

In libro de Traditionibus Hebræorum, qui Hieronymo adscribitur, aliter dicitur in Hebræis, aliter in Latinis codicibus haberi, in quo minis videtur probari Latina translatio. Unde meo judicio non leve sumitur argumentum, ut credamus, quod plerique sentiunt, hoc opus non esse Hieronymi. Nam licet istæ Hebræorum dicantur esse Traditiones, non tamen Hieronymus illas hic sine suâ censurâ, illaque non levi, abire permitteret, cum suam translationem videret improbari, neque omnino cum textu conveniret Hebraico. Sic autem ille Traditiones hebræicæ: « Cum in Latinis codicibus legatur, lassos quosdam substituisse ad sarcinas, et in Hebræo habeatur, iussos esse ut residerent ad sarcinas; locus hic monstrat Hebraicam veritatem in hoc loco sequi debere, quæ non lassos, sed iussos res mansisse ad sarcinas dicit fuisse. Ait enim ita: *Æqua pars erat descendens ad prælium, et remanens ad sarcinas*; quâ si lassiores mansissent, nulla eis deberetur de prædis portio. » Illic ibi, quæ satis se suis compungunt acuminibus (1).

(1) AD TORRENTEM BESOR. Torrens iste originem ducebat, seu potius colligebatur ex

VERS. 15. — *POTES ME DUCERE AD CUNEUM IS- TUM? ROGATUS ÆGYPTIUS ILLE SERVUS. AN DEDUCERE POSSET IGNAROS LOCI AC VIA, AD ILLUM LO- CUM UBI PRADONES AMALEICITE CONSTITUISSENT,*

aquis, quæ è montibus Idumææ fluunt, atque in Mediterraneum supra Gazam devolvebatur. Idem est faciliè torrens deserti, falsò nuncupatus torrens Ægypti. Utrum pleno semper amne flueret, ambigitur; tunc autem aquarum copiâ tumebat.

VERS. 10. — *QUI LASSI TRANSIRE NON POTERANT. REDDI POSSAT HEBRÆUS: QUI SEPES FUERUNT AD TRANSEUNDUM. SEPTUAGINTA: QUI SEDERANT TRANS TORRENTEM. CHALDÆUS: QUI PROHIBITI SUNT TRANS EUNDUM. VOX ORIGINALIS PIGER, SONAT AD LITTERAM CADAVER, ANIMÂ ET SENSU DESTITUTUM: USURPATUR ETIAM DE PIGRIS ET INERTIBUS, AC DE IIS QUI VÈRE LASSI SUNT ET VIRIBUS DESTITUTI. SYRIACUS ET ARABÆ CENSENT, SUBSTITUISSE ILLOS AD RIPAM TORRENTIS, UT VADUM PROHIBERENT. QUOD SI CUM VERITATE CONSTARET, CUR ALII PRIVARE ILLOS EXUVIARUM PARTE VOLUISSENT?* (Calmet.)

VERS. 11. — *ILS TROUVÈRENT EN CHEMIN UN ÉGYPTIEN QU'ILS AMÈNERÈNT À DAVID, À QUI ILS DONNÈRENT DU PAIN À MANGER. DIEU AVAIT RÉSOLU DE SAUVER DAVID ET DE LUI FAIRE RECOURVRE TOUT CE QU'IL AVAIT PERDU DANS LE PILLAGE DE SICELEG. IL SE SERT POUR CELA DE LA CHARITÉ QU'À CE SAINT POUR UN PAUVRE ESCLAVE, ET DE LA DURÉTÉ QU'AVA- VAIT EN SON MAÎTRE DE L'ABANDONNER DANS UN CHEMIN SANS S'EN METTRE EN PEINE, PARCE QU'IL ÉTAIT DEVENU MALADE.*

Il faut être attentif à témoigner sa bonté et sa compassion dans les moindres rencontres que Dieu nous fait naître, parce que celui qui est *piété dans les plus petites choses*, selon la parole de Jésus-Christ, *le sera aussi dans les plus grandes*; et l'on peut dire même que ces choses qui paraissent petites ne le sont point en effet, puisque les plus grandes en dépendent, et que souvent elles en sont le fruit et la récompense. Ainsi cette bonté que David témoigne envers un homme misérable et à demi-mort, fut le moyen dont Dieu se servit pour mettre entre ses mains les Amalecites, et pour le faire passer en un moment d'un état misérable et presque désespéré, à un bonheur qu'il n'aurait osé attendre, qui fut le commencement de cette grandeur souveraine à laquelle la Providence l'allait élever.

(Sacy.)
VERS. 12. — *DUAS LIGATURAS UVE PASSÆ. SEPTUAGINTA: DNUOS RACEMOS SICCOS. HEBRÆUS: DNUOS CUMMIDIM.* (Calmet.)

VERS. 15. — *DERELIQUIT ATTER ME DOMINUS MEIS, QUI ÆGROTAŒ COEPI. TROPOL. EUCHER: QUID EST, AIT, QUOD ÆGYPTIUS AMALEICITA PNER IN TITERE LASSATUS RESIDET, NISI QUOD AMATOR PRÆSENTIS SEculi peccati sui nigredine oper- tus sæpè ab eodem seculo infirmus despe- ctusque reliquitur, ut cum eo nequaquam e currere valeat, sed fractus adversitate tor- e pescat? Hoc ergo eligit Deus quos despicit e mundus, quia plerumque ipsa despectu ho- e minem revocat ad semetipsum; is enim qui e patrem reliquit, et partem substantiæ quam e perceperat, prodigè expendit, postquam esu- e rre cepit, in se reversus dixit: Quam multi*

facturum se promisit, dummodò David juratus affirmaret, ne ipsum morti dederet, aut domini sui potestati traderet; quod tandem fecit, postquam à Davidis obligatâ juramento fide sibi cavet.

Queret hic aliquis, quomodò servus, qui triidò aberat, nôsse poterit quo in loco Ama- lecitas constitissent, cum triidano cursu longa potuerint peragere spatia, et variis locis con- siderare, si forte citatum illum cursum intermit- tere placuisset. Hæc de re Abulensis, q. 12. Sed est solutio non difficilis, quia ut nos quo- tidie audimus, quodque omnibus regionibus commune esse didicimus, latrones ceteri solent designare loca, in quæ conferant, quæ furto sustulerunt, ut ea pro ejuisque labore ac me- ritis distribuant; ubi suos agant conventas, aut ubi se commodius ac securius oblectent. Sic puto inter Amalecitas convenerat, ut in certum aliquod locum absoluto prædandi ne- gocio convenirent, ut laxaret defessa corpora, et fatigatos remitterent animos, et primum caperent laboris fructum. Quod audierat Ægy- ptius ille servus, cum unus esset è prædonum numero; quare ideò promittere potuit, quod optabat David, et sine ullo errore promissa complere.

VERS. 16. — *ET ECCE ILLI DISCUBEBANT SUPER FACIEM UNIVERSÆ TERRE. SECUTOS REDDEBAT AMA- LECITAS ET QUOD JAM ESSENT IN PATRIS FINIBUS, IN QUIBUS AB HOSTIBUS NULLAM METUEBAT VIM, « mercenarii patris mei abundant passibus! » Et plerumque interjicit: « Quæri lamin David e invenit, eique cibum et potum præbavit, quia e manu ferit Dominus aspectu mundi non de- e spicit, et plerumque eos qui mundum sequi e minime valentes quasi in viâ remanent, ad e amoris sui gratiam convertit, eisque verbi e sui cibum porrigit, et quasi duces sibi in viâ e dirigit, dum suos etiam prædicatoribus facit; e dùm enim Christum peccatorum cordibus e intrant, quasi David super hostes ducent, e qui convivantes Amalecitas, velut David e gladio feriunt, qui superbos quosque qui se e in mundo desperaverunt, Domini virtute pro- e sternunt. » (Corn. à Lap.)*

VERS. 14. — *AD AUSTRALEM PLAGAM CERE- THI. CERTO CREDIMUS, NOMEN CERETHIM USURPARI HIC PRO SYNONYMO NOMINIS PHILISTHIM. IN 2 REG. 15, 18, LEGIMUS DAVIDEM HABUISSE LEGIO- NES CERETHI ET PHELETHI, ET OMNES GETHAES, PUG- NATORES VALIDOS, QUI SECUTI EUM INERANT DE GETH- PEDITES; EX QUO RECTA INFERS CERETHIM PHILIS- THÆOS FUISSE.*

AD MERIDIEM CALEB. Non procul à *Cariath Arbe*, vel Hebrone, et à *Cariath Sopher*, urbi- bus, quæ synonymè posterî Calebi, ac Otho- nielis generis ipsius, in tribu Juda. Amalecitas dummodò omnem eum tractum excurrerunt, incolis absentibus, ac bello Philistæorum oc- cupatis.

quia et illi nullam contra parentem aciem ad repugnandum idoneam, et tam Palestini, quam Hebraei, in quorum finibus luculentas ipsi praeda abegerant, mutuis inter se diffidebant odiis, et acies habebant utrinque paratas; neque, cum jam instaret pugnandi necessitas, distrahere poterant vires, quas in majorem hostem undique collegerant. Quare securi discumbebant in herba, comedebant lautè, bibebant largiter, geniales denique ac hilares illos agebant dies, sibi vicissim gratulati, quòd excursionem illam tam habuissent fortunatam et facilem.

VERS. 17. — ET PERCUSSIT EOS DAVID A VESPERA USQUE AD VESPERAM. Non fuit difficile David tantam Amalecitarum multitudinem turbasse prius ac dissipasse, deinde peremisse. Quam fuisse ingentem ex eo fit verisimile, cum ipsius reliquiae tantum evaserint, et haec quadringenti viri fuisse commemorantur. Haec autem exiguum esse illius multitudinis partem modus ipse dicendi confirmat: *Et non evasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri.* Haec verò multitudinem tantam quadringenti tantum viri deleverunt: nam ducenti alii ad torrentem Besor lassi, sarcinarumque custodes subsisterant. Accessere quidem ad Davidem, postquam ex Palestinorum castris excessit, viri quidam nobiles, quibus alii se fortasse commilitones ac servi socios addiderant: at illi fuerunt usque adeò pauci, ut non videantur momenti plurimum attulisse. De quibus lib. 4 Paralip. cap. 12: *Porrò de Manasse transfugerunt ad David, quando veniebat cum Philistinum adversus Saül, ut pugnaret; et non dimicavit cum eis: quia inito consilio remiserunt cum principibus Philistinorum, dicentes: Periculo captivis nostri revertetur ad dominum suum Saül. Quando igitur reversus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse Edinas, etc.* (octo numerantur viri principes). *Principes militum in Manasse, praeberunt auxilium adversus Istruculos.* Cum ergo illud copiosum Amalecitarum agmen esset tunc imparatum et inermis, et partim vino, partim somno sepultum, facile à subito Hebraeorum impetu turbati ac dissipati potuit, cum neque tempus haberent liberum, ut arma sumerent, quae habebant in sarcinis, vasisque viatoris involuta, et qui se interim armare poterunt, ut tradit Josephus, non multò quàm alii difficillius cedebantur.

A VESPERA USQUE AD VESPERAM. DUX SUIT vesperae diebus singulis; altera, quando sol notabili jam flexu ad occasum incumbit, altera

propria, quando vesper, id est, nocturnus Lucifer primùm apparet. Hoc probat Exod. 12, v. 6; nam ubi Vulgatus habet: *Inmolabit eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam*, Hebraicò est, *ben ha arbam*, id est, *inter duas vesperas.* Et quidem Josephus de Bello lib. 7, cap. 17, et Aegesippus in Anacephaleosi non longè à principio tradunt, ad Pascha ab horà nonà usque ad undecimam hostias caedi, id est, ab unà usque ad alteram vesperam.

Hinc igitur dubitare aliquis posset, an tota haec pugna, ac caedes Amalecitarum contigerit à priori vesperà, id est, ab horà nonà, quando aut epulis dabant operam, aut temulentis atque gravati somno decumbentibus, ad nocturnam vesperam, id est, ad undecimam horam, in quâ nondùm edormissent vinum, et mibis essent ad deliberandum et pugnandum idonei. Vel certè à vesperà, nempe priori, id est, à prandio ad vesperam usque subsequentis lucis, ita ut Amalecitarum caedes unum diem naturalem abstulerit. Josephus priorem cogitationem amplectitur: « Duravit, inquit, ea caedes à prandio usque ad vesperam. » Neque ratio deest ad rem conjecturalem non infirma. Nam à priori vesperà satis spatii fuit, ut quadringenti viri audaces et strenui, in populo securo, et ad subitam illam irruptionem imparato, tantam caedem ediderint. Deinde, quia si nox intercessisset, quae vias ad fugam aperire solet expeditas et varias, non videbatur futurus ulus, qui cum fugiendo posset declinare periculum, hostile ferrum inermis expectaret: atque ideo pugna in crastinum diem producenda non fuit.

Verumtamen non est dubitandum, in sequentem diem productam esse caedem, cum id apertè dicat Vulgata translatio, neque aliquid habeat contra textum Hebraicum. Neque nimis urget opposita ratio; nam etiam noctu pugnatum est, et qui ex castris, vel potius ex ebriosorum convivio se subduxerant, et in saltu se locisque desertis abdididerant, cum viderent hostium vigilantes oculos, et attentas aures, commovere se non audebant, ne ad se aut motu aut strepitu traherent Hebraeos, qui in omnem partem, tanquam ad conclusam praedam excubabant. Cum igitur illuxisset, omnes scrutabantur latebras, quemadmodum venatores, qui praedam odorati, tunc maximè ardent, cum praedam vident septis esse conclusam. Illa itaque venatio, quia multis in locis dispersa fuit, crastinae lucis maximam sibi partem vindicavit.

VERS. 18. — ERUIT ERGO DAVID OMNIA. Cum omnes praeter quadringentos, qui usi camelorum pernicitate mortem effugerant, essent occisi, neque qui mortem evaserant, aliquid possent secum asportare de praeda, quia hostis urgebat, quaecumque abstulerant Amalecites, integra Davidi, et salva reliquerunt. Quare recepit David duas uxores, neque unus de sociorum familiis fuit, qui non fuerit ab hoste receptus; non filius ac filia, non uxor, non servus, non denique quidquam de spoliis aut gregibus quae ex urbe vastatà sublata fuerant. Rediit itaque victor David cum pecundo atque armentorum gregibus, quos ipse pastoritiae artis non imperitus, praecedentes cogebat.

VERS. 20. — (1) HEC EST PRAEDA DAVID. Sicut Israelitides virgines, cum sublato Philisthaeo victor ex acie revertetur, triumphale cecinere carmen, illud iterum ac saepius iterantes: *Percussit Saül mille, et David decem milia*, sic nunc victor ille Hebraeorum cuneus Davidi duci suo, et tantae victoriae auctori atque auspici, festivum cecinit epinicium, dixitque saepius iterato cantico et triumphali plausu: *Haec est praeda David.* Notum est autem in triumpho à festiva et gratulante turba aliquid accini, quo et laetitia significetur, et generalis gratulatio, et ducis in dimicando virtus, et in hoste debellando felicitas. Unde tritum illud: *Io triumphe, io Paan.* Ovidius:

Omnia te metuent, ad te sua brachia tendent:

Vulgus io, magnà voce, triumphæ canet.

Et idem iterum:

Dicite io Paan, et io his dicite Paan,

Decidit in casses praeda petita meos.

Et quae in tabulis, quae ligi solent in triumphis, aut in triumphantium nummis inscribuntur, illa cantari etiam puto gratulatorio, et triumphali cantico. Quomodo in Augusti nummis legitur: *Rempublicam conservatam, captam Aegyptum, Asiam receptam, servatos ciues.* Quis dubitet hæc, et similia, in triumphali plausu populari voce esse cantata? Sic ergo puto benevolè turba cantatum esse: *Haec est praeda David*, et alia quasi legitima, et usitata in gratulatione publicè, ut: *Vivat David, hosanna! Protégat te nomen Dei!* et alia, quae in Scripturâ sacrâ frequenter obviam.

VERS. 21. — VENIT AUTEM DAVID AD DECENTOS

(1) MEXAVIT ANTE FACIEM SUAM, DIXERUNTQUE... Hebraeus ad litteram: *Dixerunt* (ea quo operant) *ante rex alias acquiritur* (quas nempe ex hostibus receperant), et dixerunt: *Hoc apud David.* (Calmet.)

VIROS. Antequàm David ad viros accederet, qui ad torrentem Besor lassi, sarcinarumque custodes subsisterant, jam ipsi noverant, ab aliquo qui boni nuntii gratiã alios antevererat, quam feliciter à suis res esset confecta. Quare illi Davidi atque victori populo prodierunt obviam gratulandi; quibus arridens David, bono animo esse, et à se omnia pro votis sperare jussit. Cum autem alii, qui iniquo erant, et illiberali animo, quid illi salutione sibi vellet, non dubiis signis essent odorati, dixere sub amaro murmure, nihil illis deberi de praeda, in quâ erudendâ de latronum manu nihil laborasset; sed satis illis à victore cuneo concessum videri, si quilibet uxorem suam, ac filios recipiat, neque esse, quod praeterea ab aliorum, quorum opera parta victoria est, liberalitate desideret (1).

VERS. 25. — DIXITQUE DAVID: NON SIC FACIETIS, FRATRES. Horem vocem humanã quidem, gravi tamen reprehensione compevit David; dixitque indignam illam vocem videri, quae in vulgus exeat, hominumque notitiam, cum victoria illa à Deo potius liberali manu concessa, quam humanã virtute atque industriã comparata sit.

VERS. 24. — AËQUA ENIM PARS ERIT DESCENDENTIS AD PRAELIUM, ET REMANENTIS AD SARCINAS (2). Ex hoc tempore lex fuit in Israel, ut aequum

(1) VERS. 22. — OMNIS VIR PESSIMUS ET INIQUITUS. Hebraeus: *Omnis vir pessimus et Belial.* (Calmet.)

(2) David dicit à ses gens: *Celui qui aura combattu et celui qui sera demeuré au bagage, auront la même part au butin.* Comme la charité de David envers ce pauvre esclave avait été en quelque sorte le principe de sa victoire, il veut aussi que la même charité en partage les dépouilles. Il ne peut souffrir que l'on fasse de distinction entre ceux à qui il avait commandé de demeurer au bagage, parce qu'ils étaient trop las pour le suivre, et ceux qui avaient combattu effectivement. *Tout ce qu'il y avait de méchants et de corrompus parmi ses gens, s'opposent à un ordre si juste, parce qu'ils méprisaient ceux des deux cents hommes qui ne s'étaient point trouvés en état de combattre, et qu'ils s'imaginaient qu'un succès si avantageux était l'ouvrage de la force de leurs bras.* Mais David en jugeait d'une manière plus humble et plus véritable. Il était persuadé que c'était Dieu même qui avait combattu pour eux; que cette victoire lui appartenait uniquement, et que toute la gloire lui en était due. Ainsi il ne voulait point faire de différence entre ceux qui n'avaient pu le suivre, parce qu'ils étaient abattus de lassitude, et ceux qui s'étaient trouvés au combat, parce qu'ils étaient tous également redevables à la toute-puissance de Dieu, qui s'était si ouvertement déclaré pour eux; il était même persuadé que ceux qui

partem ferrent ex prædâ, seu victoriâ, qui cum hoste confligerent, et qui ad servandas sarcinas essent ab imperatore designati. Tanta enim fuit apud omnes Davidis auctoritas, tanta legislatoris ac legis humanitas, ut deinceps in eo populo egregium illud factum decreti publici vim et pondus obtinerit; aliquid simile accidit Numer. cap. 51, ubi cum filii Israel essent ex Madianitarum victoriâ retulissent ingentem, dixit ad Moysen Dominus, v. 26 : *Tollite summam eorum quæ capta sunt, ab homine usque ad pecus, tu, et Eleazar sacerdos, et principes vulgi, dividetes ea ex æquo prædam inter eos qui pugnaverunt, egressique sunt ad bellum, et inter omnem reliquam multitudinem.* Sed neque hic ulla constituta est, cum de illis tantum Madianitarum spoliis sit illic sermo; neque ibi singulis pars æqualis ex æâ spoliorum divisione tribuatur. Pugnarunt etenim ex omni populo duodecim millia, ex singulis nempe tribubus milleni, ut habes ibidem, v. 4, remanserunt autem in castris ibi, v. 50, sexcenta millia, et mille septingenti triginta; quare ad horum singulorum aliorum comparatione pars minima pervenit. Adde, quod magnum est discrimen inter illos ad quos Madianitarum, et hos ad quos Amalecitarum spolia pervenerunt. Illi enim remanserunt in castris,

prenderaient moins de part à la gloire de cette action, y en auraient le plus devant Dieu, et qu'ils seraient les plus dignes de partager avec les autres le butin de la victoire.

Cet exemple est d'une grande instruction pour ceux que Dieu appelle à la défense de sa vérité et de son Eglise, et d'une grande consolation pour ceux qui soulagent autant qu'ils peuvent ceux qui sont destinés à une fonction si importante. Car les premiers doivent considérer que c'est encore plus par la charité et par l'humilité que par la lumière et la science que l'Eglise veut être soutenue contre les erreurs de ceux qui la combattent. Ainsi, lorsque Dieu bénit en quelque sorte leur travail, ils doivent croire que ce succès avantageux est plutôt la récompense de quelques âmes cachées, qui ne cherchent que Dieu et qui ne désirent que sa gloire, qu'il n'est l'ouvrage et le fruit de leurs exploitations et de leurs travaux. Et ceux qui ne sont pas en état de servir Dieu dans la défense de sa vérité et de ses mystères, doivent se consoler dans cette impuissance, puisque s'ils ont une grande charité pour l'Eglise et pour ceux qui la soutiennent, elle leur donnera une grande part aux grâces qui sont attachées à ce ministère si divin. Car Dieu ne regarde dans nos actions que ce qui les rend proprement pures et saintes, qui est l'amour que nous avons pour lui seul, et il réserve les plus grandes récompenses pour ceux qui auront eu plus de zèle pour sa vérité et pour sa gloire.

(Sacy.)

neque se bellorum objectere periculis; hi verò, licet manus cum hoste non conseruerint, egressi tamen sunt ad pugnam, neque animus, aut studium, sed vires ad reliquum viam efficiendum defuerunt. Nihilominus aliquid hic opinor exemplum habuisse Davidem, quod sequeretur, si attentius verba textus expendas: eodem numerantur ordine, qui ingressi sunt pugnam, et qui ad pugnam egressi, si modò casibus impediti necessariis atque legitimis, interesse prælio non potuere. Quo modo hi, qui lassii ad torrentem substitère, qui tamen aliquam operam pugnantibus navarunt non inutilem, dum sarcinas custodiunt. Expendenda porrò sunt illa verba textus: *Divides ex æquo prædam inter eos qui pugnaverunt, egressique sunt ad bellum.* Ubi duo constituuntur, ut apparet, militum genera; eorum videlicet, qui cum hoste contulere manus; et eorum, qui ad pugnam egressi, quominus tamen cum hoste confligerent, impediti sunt; quibus æqua debetur spoliorum portio. Neque puto David querulos socios tam reprehendisset liberè, dixissetque his qui remansissent ad sarcinas, æquam deberi spoliorum partem, nisi antiquum hoc habuisset exemplum, exemplum tamen: nam lex ex hoc facto ac tempore primum inducta est in Israël. Hanc legem post hæc tempora videntur aut accepisse Romani, aut adducti ingenue nature bonitate idem probasse quod à Davide in dividendâ hostili prædâ cautum est: ut enim auctor est Polybius lib. 10, idem quod David fecisse tradit Scipio expugnâtâ Carthagine: « Tri-
« huni, inquit, æquis portionibus inter milites
« pecuniam dividunt: non solum his qui in sub-
« sidio manserunt, sed his quoque qui tento-
« ria et sarcinas custodierunt. Imò et ægrotis,
« et his qui ad muneri alioquin curantem
« fuerant alio missi (1). »

(1) Il s'est fait ensuite (de cette conduite de David) une règle stable en Israël, et comme une loi qui dure encore aujourd'hui. Abraham, après la détail des cinq rois, et Moïse en certaines occasions, ont fait quelque chose de semblable à ce que David fait en celle-ci. Mais ce sage prince a eu cet avantage, qu'ayant imité de si grands saints dans la manière dont il s'est conduit alors, son exemple a passé depuis pour une loi, qui a été observée inviolablement dans Israël. C'est ce qui doit porter les grands rois à faire avec plaisir des actions de générosité et de justice, parce qu'elles peuvent devenir après eux, comme des lois et des règles stables, fondées sur leur autorité et sur leur exemple, qui survivent à leur personne, qui leur attirent mille bénédictions dans les races suivantes, et

VERS. 26. — VENIT ERGO DAVID IN SICELEG, ET MISIT DONA DE PRÆDÂ SENIORIBUS JUDA (1). Rediit David in urbem, quam vastatam reliquerat, et Amalecitarum incendio deformatam, ubi cum aliquot diebus commoratus esset, remque constitisset ab hoste paulò ante turbatam, statuit senioribus Juda, sibi que aut sanguinis communionem cognatis, aut studiorum officiorumque necessitudine conjunctis, partem aliquam mittendam ex prædâ: unde non difficile colligitur, illam fuisse non exiguam, quando inter tot viros, quot statim numerantur, distributa est. Voluit autem videri gratus et memor officiorum quæ in suo exilio, ut est non improbabile, à variis excepit. Quare inter hos viros, quos prædâ voluit esse non exortes, illi numerantur, qui erant in his locis, in quibus commoratus erat ipse et viri ejus.

Hæc prædâ distributio facta est, opinor, postquam David nuntium accepit certum de morte Saisil; nam ut habes lib. 2 Reg. cap. 1, v. 2, tertio die postquam ob Amalecitarum cæde rediit in Siceleg, didicit mortuum fuisse Saülum et illius filios. Quare non dubitabat ad ipsum venturum esse regnum, ad quod jam ante fuerat à Samuele designatus atque unctus. Brevi autem illo tempore, id est, biduano, aut triduo spatio, non potuit instaurare collapsa, aut dissoluta componere, ac tandem per otium illa dispensare, quæ primum in suos, deinde in tot oppida ac viros partiti cogitabat. Hæc ergo tam liberali largitione duo agebat David: primum ostendebat se non esse qui rendent leur gloire et leur vertu immortelle.

(1) David envoya du butin qu'il avait pris aux anciens de Juda. Il n'en est plus généreux ni plus reconnaissant que la vertu qui vient de Dieu et qui tend à Dieu, parce qu'elle est toujours sans orgueil et sans intérêt. David avait reçu dans sa disgrâce des assistances de diverses personnes, et aussitôt que Dieu l'a favorisé d'un heureux succès, il ne pense plus qu'à leur faire part de son bonheur. Ainsi il se conduisit très-sagement dans la prospérité, parce qu'il avait été long-temps dans l'adversité. Ses longues traverses lui avaient appris combien il avait eu besoin de la protection de Dieu et de l'assistance des hommes. Et aussitôt que le calme succéda à une tempête où il avait été tout près de périr, il témoigne son extrême reconnaissance, principalement envers Dieu, qui en était la véritable cause, et ensuite envers les hommes, qui en avaient été les organes et les instruments. (Sacy.)

officiorum immemorem; deinde ut muneribus, quæ etiam alienorum animos expugnant, suorum contribulium, id est, eorum, qui erant è cognatis sibi tribu, conciliaret gratiam, ut si quam in adeundo regno, ab adversariis atque invidis oriretur difficultas, illam suorum auxilii manu superaret. Hæc mihi cogitatio neque aliena videtur à Davidis prudentiâ, neque ab illo temporis articulo, in quo nunc nostra versatur commentatio (1).

(1) VERS. 27. — IS BETHEL. In urbe Bethel Ebrahmica, vel in domo Dei, id est, in Cartharim, ubi erat arca, vel Gabaone, ubi tabernaculum.

IS RAMOTH AD MERIDEM, vel in Ramoth meridionale, ut distinguitur à Ramoth Galesad, urbe transjordaniâ. Ramoth meridionalen tribui Simeonis Josue dedit.

JETHER. Eusebius et S. Hieronymus in Locis meminerunt Jethire, in plagâ meridionali Palestine; prope Malatham 20000 passibus ab Eleutheropol. Urbs erat tribus Juda, et sacerdotalis, quæ Ether appellatur apud Josue 15, 42.

VERS. 28. — IS AROER, urbe transjordaniâ, ad torrentem Arnon, in tribu Gad. David mox aliquam duverat in regione Moabiticâ, satis proximâ urbi Aroer, ubi forte aliquo à necessariis suis reliquit, et unde pariter beneficia nonnulla retulerat. Porro uterque Davidis parens aliquandiu in regione Moabiticâ sub regis patrocinio subsisterat. Vide caput 22, 3, 4, 5.

SEPHAMOTH, eadem faciliè ac Sephama, de qua in Numeris 54, 40; sed longissime in transjordaniâ aberat.

ESTHAR, urbis tribus Juda, et sacerdotalis, in finibus Eleutheropolis.

VERS. 29. — RACHAL. De hæc urbe nihil scimus; Sed enim tantummodo occurrit. An eadem eubenda est cum Rachilâ in deserto Ziph, quò David semel atque iterum venit?

JERAMEL. Vide supra, 27, 10.

CENI. Angusta Gineorum regio, ad meridiem maris Mortui.

VERS. 50. — ARAMA. Urbs est Horma, ubi totam ditonem Aradi anathemati deoverunt Hebraei.

IS LACU ASAN. Hebræus: In Chor-Haschan. Vide Josue 15, 42, et 19, 7, ubi Asan tantum appellatur. Tribus Juda primum assignata, deinde transitivâ ad Simeontis.

ATHACH, eadem forte cum Athar, Josue 19, 7, quæ urbs à Josue cum Asan junctur, quem admodum hic Asan cum Athach.

VERS. 51. — HEBEON, Locus est notissimus. Ex hoc locorum censu magnanimitas Davidis demonstratur, quippe qui, exul licet et omnium indigens, grandia tamen liberalis animi sui spectamina exhibet. Nullum locum ex his, à quibus exceptus fuerat, sui beneficii aliquid retulerat, negligit. Ingentem sanè prædam ex Analectis retulerit, opus est. (Calmet.)